

non sunt. Circumferuntur tres orationes quibus S. Mechtildem salutare se docuit Beatissima Virgo post terram salutationem Angelicam cum promissione certi in hora mortis auxiliij.

I. Post 1. Ave Maria. O Domina mea S. Maria, sicut Deus Pater per Omnipotentiam suam te potentissimam effecit, ita mihi quæso adis in hora mortis expellendo à me omnem contrariam potestatem.

II. Post 2. Ave Maria. O Domina mea S. Maria, sicut Filius Dei, tantâ te cognatione & claritate dignatus est, ut totum cælum illumines, ita in hora mortis animam meam cognitione fidei sic illustres, & corroboret, ut nullo errore aut ignorantia pervertatur.

III. Post 3. Ave Maria. O Domina mea S. Maria, sicut Spiritus S. suum amorem plenè tibi infudit, ita tu in morte dulcedinem amoris divini mihi instilla, & ex quo omnis amaritudo mihi reddatur suavissima. Amen.

§. III.

Ad S. Michaelem ex officio Ecclesie

& SS. Patribus.

O Glorioso Archangele S. Michael, Princeps exercitus Dei! respice pijsimis oculis hanc creaturam misellam! Cum Iesus in cruce moreretur, te constituat guber-